UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VRBIS HIEROSOLY-//m[a]e, Templiq[ue] in ea origo, & ho//rum rursus excidium, profana-//tio, aliaeq[ue] uariae fortunae

Langen, Rudolf von

Coloniae, Jan. 1517

VD16 L 341

Capitulum Primum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71344

Visual Library

¶VRBIS HIEROSOLYMAE, TEMpliq; in ea originis, uariæq; fortunæ profanationis & excidij, ad præclarꝝ & excellentem uirꝝ, dominũ Hermannum Langium, Decanum Monaſterieñ, per Rodolphum Langium eius nepotem, ac eiuſdem eccleſię Canonicum, Liber Primus incipit fœlicit. Cuius primũ Capl'm breuis totius operis (quod pene tragicum eſt) præfaciuncula ponitur.

SPLENDIDIDISSIMAE quondam urbis Hieroſolymæ, templiq; in ea, totius terrarꝝ orbis nobiliſſimi. uaſtationẽ, ꝓfanationemq; & ultimum exterminiũ, iuſſu tuo uir inſignis & noſtri ſæculi cordatiſſime conſcripturo. non abs re uiſum eſt, tam famoſæ urbis cuius extremũ diem tradituri ſumus, originem, nominisq; rationem aperire, non tam ſacras hiſtorias, quæ uel omnibus mediocrit doctis notæ ſunt afferentes, ꝗ̄ ſæcularium & ethnicorꝝ ſuper hiſce rebus ſcripta. ꝓ uirili noſtra conquirendo. Quando pauci ex noſtris ſtudijs ſuis delectati, eos attigerunt auctores, atq; ea urbs & uaria fortuna, & ſolius ſingularis & ueri dei religione, toti mundo admirabilis fuit, quia teſte Caio Plynio, ſuo more loquente, contumelia numinũ. i. deorꝝ inſignis fuit. Totum ſane hoc opus, in duos partire libros placuit. ¶ Primus, Hieroſolymorꝝ originem, tẽpliq; in eis extructionem, profanationem, & uaſtatio

Plynius.

Operis diuiſio.

nem, ſub Chaldæis & alijs gentibus factam deſcribit.

¶ Secundus uero reſtauratę urbis ſimul & templi, ſub Perſarꝫ imperio per Neemiam & Zorobabel, uariam calamitatem, & demũ a Romanis extremum narrabit excidium. Vtq; ſtatim declarari poſſit, quid quo in libro quæri, inueniriq; poſſit. In capitula opus omne diſtinximus, breue epitoma cuilibet capl'o præmittentes. Sed nunc uir clariſſime, pmiſſi tibi & feſtinati certe operis (aduocata in auxilium diuinitate) tale naſcatur exordium.

¶ De Hieroſolymæ conditoribus, & quid de eius urbis nomie autores, & in primis diuus Hieronymus ſenſerint. et quomodo Græci Latiniq; ſcriptores eam deſcripſerunt urbem.

¶ Capitulum Secundum.

HIeruſalem igitur (ut ſacræ tradũt hiſtoriæ) primo Salem, poſt ab inhabitantibus eam gentibus Hiebuſeis eſt dicta Hiebus. Qui ſane Hiebuſei (Ioſue diuino iuſſu Iſraelitici populi in promiſſionis terram duce, cæteriſq; eam habitantibus teram gentibus, uel deletis, uel fugatis ultione diuina) Iudęis in exercitium & irritamentũ dimiſſi ſunt. Hanc longo poſt tempore urbem Dauid regnum adeptus, mira uirtute ſuperniq; fauore numinis expugnauit, & in regni ſedem firmans erexit, longe maiori eam murorum ambitu cingens. Eamq; (ut tradunt) primũ Hie-